Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



inter catholicos principes et reges christianos componendi aio efficaciter
intendamus sicut quia te spiritu in nobis sunt dedimus opam efficacem tibi
nomine et auctoritate xpi concilio presidendi ac in eo per tuam sapienciam illa
ponendi deliberandi ordinandi statuendi ac decernendi que ad laudem et
honorem dei conservacionem totius ecclie status in moribus et vita
fidelium reducendum orientalis ecclie graecos et quorulibet aliorum aberrantium
ad gremium ecclie militantis ac ejusdem ecclie libertatis salutem quoque
quietem et pacem regnorum regum ducum principum et quorulibet fidelium
populorum nomine pertinere ac etiam ibidem in divina maturitate et deliberacione
prout in tanta re decuerit ea omnia ponendi decernendi concludendi et exequendi
per que heresis et errores tam de bohemie quam de alijs quibuscumque regnis pro
omnipotentis terris et locis in quibus sunt penitus extirpent et michi domino
de premissis heresum et quibuscumque alijs causis fidem catholicam illaesam pte
aliquem seu aliquos a te deputandos audiendi decidendi et fine bono cum presato
concilio terminandi et contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque status
gradus preeminencie vel conditionis existant et quamvis ecclesiastica vel mun
dana ea si regali vel pontificali presulgeat dignitate auctoritate nostra per
censuras ecclesiasticas et alia juris remedia appellacione postposita compescendi
et sicut hijs quaerens opus fuerit auxilium brachij secularis invocandi
omnia alia et singula in eodem basilicen concilio agendi tractandi dispo
nendi statuendi declarandi decernendi et concludendi que in premissis et
circa ea pro statu ipius et eiusdem ecclie ac salute animarum fidelium extirpa
cione heresum et errorum de agro domini reducendorum et errantium populorum
et ejusdem ecclie libertatis et pro quieto statu rei publice expiane
nostro reformandum in omnibus membris suis noverit profutura plenam et
liberam auctoritatem pducta tenore presentium concedimus prestantes ratum et gratum
habituri quicquid sicut premissis pte omnium eodem basilicen concilio ordinatum
statutum deliberatum ac decretum fuerit et conclusum id ipsum sancimus auctore
domino vobis ad satisfaciendum condigna inviolabiliter observari Quocirca
christum speciosum tuae per apostolica scripta mandamus quatenus minutum tibi
misterium laboris huiusmodi pdicta et dicte sedis et mei reverencia sic id quod
basilicen concilio futuro dicto nomine pro tempore presides ad honorem dei
et ecclie atque matris salute quoque et pacem populorum ejusdem fidelium cum
datum tibi a domino prudenciam laudabiliter exequaris quod optatis
fructuosis operibus fructus optati proveniant quos speramus Tuque